

## LXV. ORTONA (p. 281).

ad p. 281. Mentio facienda fuit tituli scripti litteris Sabellicis inventi in vico Crecchio inter Ortonam et Anxianum (*unterital. Dial.* p. 333 tab. II).

6315 cippus altus m.  $1\frac{1}{3}$ , latus m.  $\frac{1}{2}$ , in vico Tollo loco antiquo in basi sua m.  $1\frac{1}{2}$  sub solo repertus a. 1880 a Petro Tiberii. Regionem vicinam adhuc appellari Butici adnotat editor.

protome iuvenis

SEX · NINNIVS · M · F  
BVTICVS AVS

EREPTAM · EGREMIO QVM IA  
DIEM · NVPTIS · FAXS · ALTERA · MORTI  
5 EREPTA · ATQVE · PATRI · NAMQE INFAN  
HIC QVOQVE · INAVDITV · SENTIET IPS  
DESIDERIOQVE · TENENTES · CONCELEB  
IPSI · CERTANT · TITVLVM · HVNC · CELEB  
PARCITE /// PARCITES · CREDITE · MI · NE  
10 SEX · NINNIVS ! SEX · F · BVTICVS SE · XXC  
N · NAEVIVS · N · F · OCRATIVS · SE · LX  
M · NINNIVS · SEX · F · BVTICVS · SE · XXXX  
SEX · SEPTVMIVS · P · F · BABIDVS · SE XXXX  
Q AMNINIVS Q · L · PHILONICVS Se XX  
15 C · NINNIVS · C · L · FAVSTVS se XX

*Ereptam e gremio quum idem sibi posceret Hymen,  
finissetque] diem nuptis, faxs altera mortis  
inlucit prior et sponso matrique puellast]  
erepta atque patri. namque infan[dum procul absens]  
5 hic quoque in auditu sentiet ips[e malum.  
patris amore locum] desiderioque tenentes  
conceleb[raverunt funus cum matre propinqui  
muneribusque] ipsi certant titulum hunc celeb[rare.  
at vos, o Manes, his] parcite: [ni] parc[e]t[is],  
10 credite mi, ne[m]o referet sollemnia vobis].*

I. de Petra *archivio storico Napoletano* a. 5 (1880) p. 412 (inde Fiorelli *Notizie degli scavi* 1880 p. 390).

Videtur ex duobus lapidibus iuxta positis superesse prior inscriptus nomine avi, deficere posterior inscriptus nomine puellae ad quam epigramma pertinet, cuius versus per utrumque lapidem continuabantur. Elogium restituit Buecheler. 'Carmen', addit egregius amicus, 'mediocre; confer pentametrum 5, malum exitum 9, nec tot syllabas lapis habuisse videtur quot hexameter flagitat v. 3 aut 7'. — Sequuntur nomina propinquorum adscriptis ut videtur summis sestertiorum quos funeris causa singuli intulissent.

## REGIONIS QVARTAE PARS TERTIA. MARRVCINI.

## LXVI. TEATE MARRVCINORVM (p. 282).

ad n. 3018. Repperit Iosephus Santorelli ante annos plus XX prope campum qui nunc est della Civitella presso le mura dell' odierna villa municipale inter rudera aquaeductus transtulitque in praedium suum *contrada S. Donato*. Iam in museo Chietino. Prodiit apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 175.

ad n. 3020. De hac omnino, non de n. 5973 cogitavit Pontanus ubi ait de asp. I. I (ed. 1538 p. 19): 'in urbe Theate legitur CAISARIS nomen per AI, non AE scriptum'.

6316 cippus altus met. 1.11, rep. Chieti nei lavori per la nuova strada esterna che da porta S. Anna passando per il territorio Gaetani si congiunge coll' altra che conduce alla stazione della ferrovia.

in tympano caput muliebre

OSSA SITA

EGDECHOMENI sic

ATEIAE

ACVMENIS

5 EXPECTATVS

FILIVS

MATRI

P

Ectypum misit Fiorellius a. 1881. Ediderunt idem *Notizie degli scavi* 1881 p. 295 et Blasius Lanzellotti *di un antico sepolcreto presso Chieti* (Chieti 1882. 8. pp. 26) p. 11.

2 fin. non est E.